

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Libellium exercitorum spiritualium - Cod. Ettenheim-Münster 373**

**[S.l.], [Anfang 18. Jahrh.]**


[urn:nbn:de:bsz:31-133176](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-133176)


E. M.

373



E. M. 373





Handwritten text on the right edge of the page, partially visible. The text is written in a cursive script and includes a list of items:

- 1. ...
- 2. ...
- 3. ...
- 4. ...
- 5. ...

# Libellus Exercitiorum Spiritualium

Ad acquirendam, conservandamque  
internam pacem

1. Stude alterius potius facere voluntate, quam tuam.
2. Elige semper minus, quam plus haberes.
3. Quare semper inferiorem locum, et omnibus subesse.
4. Opta semper, et ora, ut voluntas Dei integre in te fiat.

Cuulier S. I. in Can. sp. p. 2.

Exercitium ad somnum se conferentis,  
pro felici morte R. P. Gasparis  
Druzicki S. I.

1. Decumbe in lecto veluti ego non surrecturus.
2. Tobi Mundos, rebusque eius paledic.
3. Testamentum spirituale ratifica.
4. S. Eucharistia Sacramentum, et Extremam Unctionem spirituatim sume.
5. Elicias breviter actus, quos in morte velles elicere.

Credo, Spero, amo super omnia! Dolce ex amore tui:  
condono manibz inimicis meis omnia. Fiat voluntas  
tua! Desidero videre te p.

### Cultus S. V. Mariae pro felici morte.

Quotidie S. Virginem peculiari vultu venerare, et  
quodrescung eam salutas, cum reflectione, et affectu  
profer illa verba: Sancta Maria Mater Dei, ora  
pro nobis peccat. nunc et in hora mortis nostrae.

Cultum hunc Matris Dei esse solatio in morte, proba-  
vit P. Joannes à Campis Montensis, Deipara devo-  
tissim; eius enim Rosarium perpetuoolvebat  
manibz; eius officium quotidie cum r. Psalmis,  
qui litteris S. eius Nominis respondent, recitabat;  
singulis sabbatis ad Novitios, cum quibz diu ha-  
bitavit, se conferrebat, eiq; historiam aliquam  
de Deipara narrabat. Ille ergo sub morte in  
sueti letitia perfusus, Patri cuidam dixit. Opi-  
opes Pater mi, quantum in morte afferat solati-  
um, Deiparam singulari studio coluisse!  
Annuae Colleg. Tornae. ibi.

### Pro Felici morte

Scriptum esse noveris: Qui intelligit super-  
egenam, et pauperem, in die mala liberabitur.

Admirus. C. 40. Vnde 1<sup>o</sup> peculiariter esto addi<sup>2</sup>,  
Etus studio disponendi moribundos; non patietur  
enim D<sup>eu</sup>s male mori eum, qui alijs ad bene morien<sup>2</sup>,  
dum profuit. V Memor sis quotidie animam  
in Curgatorio existentium peculiar<sup>2</sup>. Et 8<sup>o</sup> un<sup>2</sup>  
ge orationem pro agonizantibus, ex quorum mo<sup>2</sup>  
mento pendet aternitas, et qui sunt auxili<sup>2</sup>  
subtrahiorum egentissimi.

Ut serues religiosam Paupertatem

- 1<sup>o</sup> Cogita, Religiosus Professum nec proprium habe<sup>2</sup>,  
re posse, nec proprijs esse caparem, unde nec  
testari potest, cum sit actus Proprietatis.
- 2<sup>o</sup> Statuta est pena in Jure Can. Cap. Monachi. con<sup>2</sup>,  
tra Religiosos, qui post mortem, habuisse aliquid  
proprij deprehendantur.
- 3<sup>o</sup> Nomine Proprij, intelligi non solum Dominium,  
sed et usum, et possessio independentem a Superis<sup>2</sup>,  
vis confessa.
- 4<sup>o</sup> Dubia est ad minimum salus eorum Religiosorum,  
qui multa superflua, unius Vectoris oneraris cur<sup>2</sup>,  
rui vix sufficientia, et interdum prebiosa, coactos<sup>2</sup>,  
vant, detinent, et tandem post mortem relin<sup>2</sup>,  
quunt, quamvis ea cum licentia Superioris eoa<sup>2</sup>

cervaverint, et detrauerint.

5. Concilium Trid. Sess. 21. c. de Regul. decernit, ut  
Supellex Religiosorum statui Paupertatis, quam pro  
sufficiat, sit conveniens, nihilq; in ea superfluum  
sit.

6. Non potest licite Superior Religiosus, immo nec  
ipsa Communitas religiosa, et si habeat Dominium  
Honorum, dare licentiam Subdito, seu particu-  
lari Religioso ad superflua, quia non potest contra  
venire Concilio.

7. Nec licite, nec valide potest Superior Religiosus  
dare facultatem Subdito ad superflua, quia est  
solum administrator tam Honorum temporalium  
Religionis, quam eorum, quae aliunde obveniunt  
Subdito.

8. Nunquid decet Servum Christi: qui n̄ habuit, ubi  
Caput reclinaret, et qui nudus in Cruce mortuus  
est: onus dum superfluis mori?

### Memoranda Aeterna.

Hanc post preces, aut Meditationem te ipse  
sum alloquere hisce, aut similibus verbis: Com-  
mittes aliquando Religiose te immenso ster-  
nitatis Mari: ah quomodo pro tanta Mari-  
gatione providisti, et provides tibi?

Post Meditationem,

3

Quo fit de Passione Christi, Orationes sequentes  
recita: 1.<sup>o</sup> Dñe Iesu qui passus, & O Later aher  
ne per vitam et mortem, 3.<sup>o</sup> Anima Christi. 4.<sup>o</sup>  
Antequam surgas, memorare, quae immediate supra  
de Obitu fuisse, ut es magis se ad exercitia  
Prebatis disponas.

Ut solvendus Sensus de Praedestinatione  
hominis ad vitam eternam occurrens.

Si tibi cogitatio suboritur, an nomen tuum scriptum sit  
in libro vitae, es quod multi vocati, et pauci electi sint,  
es n' omnis qui dicit Dñe Dñe, intraturus sit in Regnum  
Caelorum, ne formes ex hac cogitatione duo extrema  
ad infernum ducentia, nempe extrema Presumptionis,  
et extremam desperationis, sed temperanda est illo Effatus:  
Si non es praedestinatus, fac ut praedestineris,  
et enitere, ita vivere, ut caelesti habitationi  
congruas. videtur prolatum a S. Augustino, funda  
tum in Doctrina S. Petri, r. c. 1. Fratres salagite,  
ut per bona opera certa vestram Vocationem, et  
Electionem faciatis. Et hoc est: Fac ut praede  
stineris. Exumpe igitur hunc actum devotionis.

O DEUS! o Bonitas! o Dignitas amoris! da  
to, quod sum reprobus: dato, quod te non sum amaturus  
in eternum, hoc ipso per totam vitam meam amabo  
te, et ex amore tui serviam tibi. Si homines mur-  
dari eorum etiam titulis inhiant, et adherent visis  
in rebus temporalibus, quia illis non sunt frui-  
turi post mortem; quanto magis ego fruar te in  
vita, si te non sum fruiturus post mortem? caream  
caelo, et dato, quod carebo te in caelo, hoc ipso nolo  
te carere in terra, ne sum tibi miser, et ibi, et  
hic, ne sum ante tempus insolens; quicquid sit tandem,  
committo tibi, et iudicis tuis, mihi sufficit, ita  
adhaerere tibi, ut non dimittam te, quamdiu  
fuero.

Quod Religiosus non nimis fidat  
Statui suo.

S. Hieronimi Sententia est: Non Hierosolymis  
vixisse, sed Hierosolymis bene vixisse laudabile  
est. Non ideo impeccabilis redditus est, quia  
in religione positus est.

1. Est Religiō Caelum, sed in Caelo deliquit iudicium  
libiter Angelus.
2. Est Religiō Paradisus, sed et in Paradiso primi Paren-  
tes innocentia deliquerunt.
3. Est Religiō Caelus Apostolorum, sed et in hoc caelo pra-  
varicatus est Judas.

7. Habebur Clausura; Sed et eam Fur inferna, 4  
his suffodere potest.

8. Cœrcet a malo ipsa vestis religiosa; Sed in ea,  
nisi adsit timor Dei, et custodia sui, filum  
Prædestinationis præsciendi potest.

### Exercitium evadendi penas Purgatorij.

1. Si adversarijs tuis omnes offensas ex corde dimiseris,  
nec penas eorum ulla desideraveris, dicente Domino:  
Dimittite, et dimittetur vobis.
2. Si quicquid tibi in religione occurrat molesti, patiare tu  
terris, Religijs enim lentus Martyrium est; per Martyrium  
ante vitatur Purgatorium.
3. Si Christo Dño passo specialiter addictus fueris, eiusq;  
dolores recogitaveris; qui enim dolet cum Christo hinc, non  
dolet ubi.
4. Si omnia opera tua satisfactoria animabus Purgatorij  
inscripseris; contrahitq; enim iste misericordia non po-  
tate pati misericordiam.
5. Si Sacramento Penitentia et Eucharistia exacte  
usus fueris.
6. Si actus amoris DEI, et contritionis frequenter  
elicueris.

4. Si Indulgentijs exacte usq. fueris. Profone hoc  
omnia cum Dei auxilio. Ora —  
O eterne DEUS hic ure, hic seca, modo in Purga-  
torio, et multo magis in eternum parcas. O San-  
guis DEI! restingue flammam, quae debentur  
mibi: O Mater DEI mei! ne obliviscaris post  
mortem Clientis tui.

Pater et Ave p. Et: Anima Christi p.

### Imitatio Christi

1. Est in abnegatione tui ipsius.
2. In portanda Cruce omnium aduersitatum.
3. In vera Spiritus paupertate, castitate, obedi-

tia p.  
Ad gratia' Vocationis religiosae dignae  
observandam Praxis.

Tanti est coram DEO gratia' vocationis religiosae,  
ut merito gratia' gratiarum dici possit, ad quam  
dignae observandam haec possunt religioso subser-  
uire praxes.

1. Non tantum ipsam vocationem religiosam plurimi  
estimare, et amare; sed et omnia connexa cum illa,  
nempe omnia praescripta a religione, quamvis videan-  
tur exigua.
2. Paratum esse ad omnia ardua, molestaq. toleranda pro

vocatione, et cum Vocatione.

5

3. Derovere seipsum Religioni in mancipium ac iumen  
tum, cum omnibus obligationibus Mancipio, ac Jumen  
to competentibus.

4. Ex amore vocationis religiosam Vestem religiosam  
eposculari, quodies induitur, exuiturq.

5. Ex Actis Sandonis s. Sacerdotes: unam de pu  
tate, quam offeras ad agendas Deo gratias pro  
vocatione; ad impletandam perseverantiam in  
ea, et ad satisfaciendum pro ingratitudine circa  
illam.

6. Pretiosissime Dei Parenti, et Angelis Custodi  
specialiter addictum esse.

7. Ex amore Vocationis in quolibet Sacro tempore  
Communionis vota renovare.

8. Quodies pulsus datur ad salutandam B. V. nempe  
mane, meridie et Vesperis, ex amore vocationis vo  
ta renovare: ad illa quidem Verba: Angelus Do  
mini, Votum angelicæ castitatis. Ad illa: Ecce  
ancilla Domini, Votum Obedientie. Ad illa: Verbu  
caro factum est: Votum Paupertatis.

9. In Litanijs de omnibus Sanctis, ad illa Verba: Ut  
nos in tuo Sancto servitio confortare et conservare  
digneris. pectus tundere, donumq' perseverantia in

in Religione expetere, tali enim transfone, si fiat ex  
animo, roborantur dona DEI.

Defuncti, in Purgatorio existentes, ut  
irvandi per Rosarium,

Narrat Albertus Castellanus. lib. De Rosario,  
historiam quandam, quae tempore S. Dominici  
contigit de abscisso nimirum alienius Solutae capite,  
quod emori non poterat, usquequo sua Virgo Dei  
peccata confessum fuisset, quae vivens Rosarium  
B. Virginis Deipara orare coepisset. Narravitq;  
inter alia eiusdem abscissum caput et hoc:

Quod viventes suis defunctis amicis magnam  
prestare opem possent, si eos post fata in  
Austriacae fraternitatem Rosarii inscribi facerent  
i. casu quo inscripti non fuissent in vivis: et  
eorum loco consuetas preces persolverent; Un-  
de Defuncti omnium bonorum operum Austri-  
acae fraternitatis participes efficierentur.

Ad exactam Disciplinam observantiam  
ut accendari

1. Considera, quanta sit honestas, utilitas, et suavitas  
exacti Servitij Divini, non solum coram Deo, et  
Conscientia propria, sed etiam coram externis.

2. Quanta Sine erga DEUM Fiducia?
3. Quanta Pax mentis.
4. Quanta Securitas in vita?
5. Quanta in morte?
6. Quanta Communitatis edificatio?
7. Quanta gratiarum, benedictionum, protectionisq; divine assiduitas?
8. Quanta eterna beatitudinis certitudo?

Ut sancte vivas in locatione tua, ita cum  
Animo tuo ratiocinare.

1. Si quis te confunderet, cui optime velles, quamnam ratione in religione vivere deberet, quid illi suaderes? hoc ergo suade, et persuade tibi, ne dicatur tibi: Qui alium doces, tui tuisum non doces?
2. Si Mors nunc ingrueret tibi, qualem in religione vitam vixisse velles, qualem vixisse nolles? Nunc ergo dum tempus est, et quantum potest non nobis, illam elige, istam negliges.
3. Si iam in Iudicio DEI staturus esses, qualem vitam vixisse velles? qualem tibi apud Iudicem, et Assessores eius profuturam, et qualem obfuturam censes? hanc ergo relinque, istam delige.
4. Quid a te factum voles, quando in Purgatorij Flam.

mis ardebis? quid factum vales, quando ad conspectum  
dignissimi omni amore. Deū venies beatificatus? Peni-  
tebit te, tanto bono, tanta dignitati, DEO, tam ab-  
iecte servivisse. Quid factum vales inter tot millia  
perfectissimum DEū servorum constitutus? Hoc, si sa-  
pis, nunc facito.

Causa frivola, quae a perfecta vita studio  
in religione remorantur.

1. Horror difficultatum vincendi se se.
2. Horror vigilandi super se.
3. Metus privandi se levibus solatijs.
4. Metus displicendi alijs similibus tibi in neglecta vita.
5. Metus linguarum invidentium, et carpentium quod  
te illis non auommodes.

Hae est familia, vide an tibi in articulo mortis, et  
coram Iudice DEO, sint suffraganea? quid respon-  
debis Christo dicenti: Hae ne tanti erant, ut me,  
qui tanta tibi feci, his postponeres?

Fons omnis perfectionis Domine, qui dediti  
Velle, da et perficere.

Sicut sapias Christum passum ante oculos,  
et quae obiectum tuae confusionis, et imperfectionis.

1. Christus vilissime estimatur, ac venditur; tu autem

tem appetiari cupis.

- 2. Christus ad pedes Juda iacet, tu inimicos sequeris.
- 3. Christus ratione Doctrina examinatur, et traduci tur; tu talentatq ab omnibus suberi vis.
- 4. Christus usq ad sudorem sanguineum orat; tu tam accedisse.
- 5. Christus falsa testimonia, et iniquas accusatio nes sustinet; tu nec verade te vis audire.
- 6. Christus opprobrijs saturatur: tu vis honoribz, et esti mationibz cumulari.
- 7. Christus flagella subit: tu autem religiose im patiens es disciplinas.
- 8. Christus in spinis: tu vis esse in commoditatibus omnimodis.
- 9. Corpus Christi unum vulnus, et ulcus: tu non vis ullam violentiam, et afflictionem corpori tuo inferre.
- 10. Christo velantur scuti: immodestia tua aperit tuos.
- 11. Szig felle, et aceto potatur; tu cibos, et potus sa pidos quaris.

Confundere ad haec oia, et ad ad alia, qua passus JESUS tuijs tuis opponit. Tolle illa ex animo tuo.

Christo passus speculum omnium Virtutum re ligiosarum, quem sepius devote intueri.

1. Tradatur, et conculeatur ad instar Vermis. Barrabae

- post ponitur; inter latrones suspenditur: quanta humilitas!
2. Vestibus exspoliatur; moriens non scilicet, ubi caput reclinet: quanta paupertas!
  3. Allegatus multis calumpnijs, in materia castitatis neque per malitia ab ullo arguitur: quanta puritas!
  4. Obediens usque ad mortem: quanta Obedientia!
  5. Osculatur Judam; pro Crucifixoribus orat: quanta inimicorum amor!
  6. Tacet usque ad admirationem Pilati: quantum Silentium!
  7. Sub Cruce fatiscit: quanto labor pro gloria Dei!
  8. Conciliat Herodem Pilato: quanta amoris Sobrietas!
  9. Vigilat tota nocte; pendet in cruce, conspuo, colapriatus, spinis coronatus, clavis affixus, mortitur: quanta mortificatio!

Vide ergo hoc Exemplar, quod monstratum est tibi in modo, et te conforma illi.

Intuere Christum Dominum passum  
 tanquam Obiectum, quod abstergit, quietat,  
 et dulcorat omnes amaritudines in quacumque  
 occasione et circumstantia Servitij  
 divini tibi occurrentes.

1. Gravis est tibi Severitas et Disciplina Religiosa!  
 dulcorat illam tibi Christo Flagellis, spinis, clavis suis.

2. Graves sunt Linguae, infamationes, falsa delatio, 8  
 nes, suspiciones: dulcorat illas tibi Christus iactis in  
 se blasphemis, falsis accusationibus, detractionibus,  
 calumniis irrisionibus.
3. Graves sunt Superiores: dulcorat illos tibi Christus  
 sua Damnatione per Annam, Cephas, Pilatum &  
 nunquid hi non graves illi fuerunt?
4. Graves tibi cibi male cocti, insulsi, viles, insufficien-  
 tes: dulcorat illos tibi Christus Felle et aceto suo  
 Iuse india, cui solus conveniat lalia, Christo, an  
 tibi? hoc expende, et omnia gravia abhinc sint  
 tibi pro Christo levia, et dulcia.

Obligatio tendendi ad vitam spiritualis per  
 fectionem in Religioso. Cuius rationes variae.

1. Certum est, quod in via Dei non proficere, sit deficiere;  
 non progredi sit regredi, non tendere ad perfectionem  
 sit retrocedere. Conveniunt in hoc SS. Patres.
2. Certum est, Religiosum sub peccato mortali teneri  
 tendere ad perfectionem. Doctrina haec est communis  
 Theologorum cum S. Thoma 2. 2. q. 187. art. 4. et 5.  
 Nam status Religiosus est status perfectionis acqui-  
 rendae, seu via ad perfectionem: sicut ergo sub mort.  
 Religiosus tenetur esse Religiosus, ita sub mortali tenetur

tendere ad perfectionem. Deinde quia Religiosus  
non tendens ad perfectionem committit peccatum  
Simulationis, mendacii, et hypocrisis in materia  
gravi; Statq; enim Religiosus promittit omnibus, et o-  
stenit sanctitatis, et perfectionis curam, ideoq; habet  
Reverentiam apud omnes, etiam summi status homines,  
et privilegia in omni Jure maxima. Si igitur taliter  
se haberet Religiosus, certe non esset immunis à peccato  
imposturae in re gravi.

3.<sup>o</sup> Etiam esse videtur, quod Religiosus peccaret mor-  
taliter contra praeceptum tendendum ad perfectio-  
nem, si effluenter esset resolutus, non nisi ea servare,  
ad quae servanda obligatur sub mortali; reliqua vero  
venialiter solum, aut sub nullo praecepto obligantia,  
paratus esset observare, docent in gravissimi Theolo-  
gi; Quamvis enim talis resolutio in se ipso spectata non  
sit mortalis, ratione tamen periculi proximi incidendi  
in mortale, et illud ipsum animi Decretum est mor-  
tale. Qui spernit modica, paulatim decidet, et  
des. 19.

4.<sup>o</sup> Praeterea Religiosus tenetur sub mortali taliter  
vivere, ut non sit graviter suae Religionis pernitiosus,  
inducendo alios Religiosos suo exemplo ad nimis  
relaxatam regulam, perturbandoq; suam Religio-  
nem, ita ut valde expediat suae Religionis, eum ex-  
pellere. Haec autem damna inferret Religiosus ha-

beas supradictam resolutionem, seu animi decretum:  
si enim nunquam vellet serrare silentium, nec orare,  
nec modeste incedere, et ingrederetur omnium reli-  
giorum cubricula, et similia Religionis Statuta trans-  
gredere, eo quod singula haec ad culpam non obli-  
gent, absq' dubio graviter perturbaret totam Religio-  
nem, sed in eo statu constitueret, ut eum tanquam  
incorrigibilem oporteret expellere. Ita Sanchez l. 6.  
in Decal. c. 4. n. 18.

Supererogatorius proficiendi, et placendi  
Deo conatus.

- 1<sup>o</sup> Est fervens, et continuum proficiendi desiderium.  
Beati qui esuriant et sitiunt iustitiam. Nusum dicere,  
quod sicut ex Sacramento Eucharistia tantus percipi-  
tur fructus, quantum desiderij igniti a communicato  
adfertur, ut docuit D. M. Sanchez Altar. senensem.  
Dial. c. 110. Ita Religiosum in via Dei ad perfectionem  
tantos facturum passus, quantum de desiderio pro-  
ficiendi habuerit.
- 2<sup>o</sup> Est quotidie ex desiderio proficiendi secundum iustitias,  
an quis profecerit, an vero defecerit, con-  
ferendo presentem diem cum hesterno, et cum  
procedo, profectum; ad quod deservit diligens Ca-  
men particulare.

- 3.<sup>o</sup> Est votum semper proficiendi in via Dei, seu ten-  
dendi ad perfectiorem. Circa huiusmodi votum Doctri-  
na gratia innuo: Siquidem Christiana perfectio consistit  
in amore Dei super omnia, atq; ita tendere ad perfe-  
ctiorem, est tendere ad talem amorem; et quia talis  
amor Dei opponitur omni peccato, et habitibus vitiosis  
passionibusq; immortificatis, et desiderijs inordinatis;  
Ideo is qui vovit semper tendere ad perfectionem,  
obligatur nova obligatione sub mortali, quod quis pec-  
catum mortale devitare: obligatur quoq; de novo  
sub veniali vitare peccata venialia, passiones mortifi-  
care, et habitus vitiosos extirpare, et desideria inor-  
dinata refronare. Obligatur insuper exercere a-  
ctus virtutum iuxta statum vite propriam, præ-  
sertim actus amoris Dei supra omnia frequenter elicere.
- 4.<sup>o</sup> Est præter votum semper proficiendi peculiare  
votum curandi, et sectandi semper id, quod perfe-  
ctius videbitur. Tali voto doctrinam perit se S.  
Theresia, ut perhibetur in eius vita.

Ut Dei Matri, et Filio eius patienti  
compati practicę possis.

- 1.<sup>o</sup> Potes compati, si quolibet die aliquem actum  
erga Christum patientem, Matremq; compatien-  
tem elieveris.

2. Si quotidie aliquam mortificationem in quocumq;  
Corporis sensu feceris in honorem et imitationem  
Spiritus patientis, Matrisq; compatientis.
3. Si Imaginem Christi Crucifixi, eiusq; Matris sub  
Cruce stantis quotidie cum affectu intuitu fueris.  
Cogita, et fac talia, quae tibi Spiritus Sanctus  
suggeret.

### Praxis exercendi actus Fidei.

1. Obfirmare animum in fide vera, ita ut Diabolo de-  
speret de tentando Religioso in materia Fidei; ob-  
firmatur autem per protestationem absolutam  
vivendi et moriendi in fide hac, quodhiescuntq; datur  
ocasio recitandi aliquod Symbolum fidei, sive A-  
postolicum, sive Concilij Nizani, vel S. Mosanasi.
2. Desiderare, et emendicare a Deo gratiam quam  
plurima patiendi pro fide eius: haec est felicitas  
felicitarum ponere vitam pro Dno IESU, qui pro  
nobis posuit suam. Occasiones huius desiderij haec  
esse possunt. 1. Quaecumq; fidei Symbolum recitatur.  
2. In sacrificio Missae quaecumq; osculum im-  
primatur Altari, et inclinatur caput; tunc enim  
ore, vel mente sola dici potest: En Domine, Cervicem

pro fide tua! En sanguinem! En vitam pro honore et  
amore tuo! 3. Ad mensam, vel in Ecclesia, dum  
Ad missa legitur Martyrologium, tunc enim potest  
Desiderari fides talis, qualem habuerunt Sancti  
Martyres; potest quoque desiderari, et peti à Deo  
Martyrium per intercessionem horum S. Mar-  
tyrum, dicendo, e.g. o si habere fidem talem! o  
si morerer pro Christo! o Sancti Martyres impetra-  
te id mihi.

3. Desiderare et emendicare à Deo veram eius noti-  
tiam, et fidem per bonum orbem, tale fuit desiderium  
S. Ignatii: O Dne si te homines nossent, illud quod  
Franc. Xavier; Memento clementissime rerum omnium  
conditor Deus animarum infidelium, hereticorum et pecca-  
torum, quas ad imaginem et similitudinem tuam fecisti: Et  
a Dno in opprobrium tui his ipsis quotidie impletur  
infernus.

4. Sacrificia, quae ex praescripto Religionis singulis men-  
sibus pro conversione infidelium, et hereticorum redem-  
tione persolvuntur, exacte peragere. Post haec  
Desideria conversionis earum gentium, et Martyrij  
eliciantur.

5. Offerre se Superioribus, et ab ipsis ex petere Missio-  
nes laboriosas. O quam pulchrum fuit Cedes Missio-  
nariorum Evangelizantium pace.

# Exercitium Prosentis Divinae

Hac solum ratione fit, ut quis nunquam labatur,  
si Deum sibi ipsi semper ad se existimet. Clemens  
Alexand. l. 3. de Pedag. c. 12.

1. Occasionibus habenda in memoria presentis di-  
vinae, quae in vita reliquosa quotidie occurrunt,  
bene uti. Ut sunt Meditatio, Examina Conscien-  
tia, Sacrum, Divini Canonum, Ecclesiarum, Colla-  
quia Spirituali, Salutatio Angelica, et aliae  
functiones religiose, in quibus memores esse possu-  
mus et debemus presentis Dei. Utere ergo reli-  
giose his occasionibus, ut debes, et eris neque Deo,  
Et Usque erit memor tui, et firmabit super te  
oculos suos.

2. Orationibus iaculatoriis ad Deum frequenter  
uti, quas modum in modum commendant S.  
Patres. S. Augustinus ad Probam ait: Dicuntur Fra-  
tres in Aegypto crebras quidem habere orationes,  
sed eas brevissimas, et raptim iaculatas, dum  
sportulas texebant, dum manibus laborabant,

3. Nicas temporis, et minuta, quae inter finem  
et initium diversarum occupationum, atque in

ipsis occupationibus identidem intercurrunt, non si-  
nere frustra abire, sed in ijs memoriam presentis  
Dei non per aliquas imaginationes caput fatigan-  
tes et ledentes, sed per actus fidei, Spei, amoris, alia-  
rumque virtutum ad Deum directos occupare, adhi-  
bito circa hoc examine particulari.

### Excitatio desiderij videndi DEUM.

1. Signum est non post remum reprobationis, nunquam  
desiderare videre DEUM in Celo, in quod cadit illud  
Psalm. 137. Pro nihilo habuerunt terra desideria-  
bile. Et certe quis viator non appetit terminum  
suum? Quis exul non desiderat Patriam suam, nisi  
eo ipso desierit ee patriota.
2. Desideria rerum terrenarum extinguntur per  
desiderium videndi DEUM, magis quam per appe-  
titum calidorum destruitur appetitus frigidorum.
3. Nemo potest ee verus deliquis, qui non aliqua-  
modo saltem toto corde efficaciter appetit caelestia  
sive videre Deum; cum deliquis debeat ee contemptor  
rerum terrenarum, et desertor, si affectu adheret  
illis non censetur verus deliquis, hoc ipso aude cen-  
satur setur adherere rebus terrenis.
4. Servus Dei eo est vicinior Celo, quo ardentius

et vehementius appetit caelestia, seu videre DEUM, 12  
quia in fine motus est velocior, si anhelabat Moyses, Exod.  
33. Ostende mihi faciem tuam. Ostende mihi glori-  
am tuam. Et David: Quenam desiderat cernus ad  
fontes aquarum.  
54. Defectum desiderij videndi: DEUM videndi. S. Trini-  
tate' obstaculo nonnullis fuisse post mortem re-  
stitim admittentur ad visionem Dei; Exemplum  
brevitatis causa omittit.

Gravitas, et detestatio peccati de-  
sumitur ex Passione Christi.

1. Agnosce gravitatem peccati, et dice ostimare  
culpam, pro qua DEUS moritur!
2. Dice, quo odio et horrore illud persequi debeas, et  
odio Patris aeterni illud usq; ad mortem Filij per-  
sequentis.
3. Quo zelo ulcisci peccata tua debeas, et satisfac-  
tione Salvatoris.
4. Quantum timere debeas illud malum, quod Christo  
morte sua gravius indicavit.
5. Quanta Confusionem, pondore, et contemptu tui con-  
cipere, et intuitu Dei e Cruce pendens, et usq;

ad mortem sese deprimentis.

6. Qua facilitate et lenitate Fratribus tuis indulgere, parere superioribus, subesse omnibus debeas, exemplo Christi, qui tanquam agnus ad victimam ductus est.

7. Denique quo amore ardere par sit erga Regem, proletem, quo desiderio peccatum, hostem illius ex dotu rerum natura terminandi, cuius periferum virus in te ipso est, pertus est.

Exercitia pia ad omnes Actiones, etiam ex se indifferentes.

*Cum medi-  
tatione passio-  
nis Christi.*

Quando mane excitaris.

Mane excitatus, cogita, te à Deo vocari ad laudem eius, et propterea sine mora ei obediens, sermo surge, somnolentiam excutiendo. Et in memoriam revoca, quod Pharisæi, Scribæ, et Seniores Iudeorum summo mane convenientes consilium inierint, ut Jesum, Innocentiam ipsam morti traderent; tu vero servus eius, iure merito ad laudandum Redemptorem tuum accingere debeas, et velis.

Exsolvendo (singulo nocturno, die):  
Solve me Domine à vinculis peccatorum, quæ me

captivaverunt, ut in libertate Spiritus Filiorum  
Dei debitam tibi exhibeam servitutem.

13

Dum exuis Scapulare nocturnum.

Illud oscula, Des gratias agens pro vocatione ad statum  
religiosum. Quando te induis.

Da Induc me Domine novum hominem, qui secundum hominem  
creatus est in Sanctitate, et Iustitia Veritatis. Et  
cogita, quomodo milites Christum post pernicem illusione,  
consecrationemq; e spinis, iterum suis Vestib; induerint, ad  
portandam crucem durissimam in montem Calvaria.

Quando tibialia, et Calceos induis.

Dirige Domine gressus meos secundum mandata tua. Dirige me in  
viam rectam, et si via iniquitatis in me est, et deduc  
me in viam aeternam. Et cogita, quam frequentes, et la-  
boriosos pro nobis gressus in hoc mundo Christus fecerit,  
quibus salutem nostram quaesivit.

Cum Cingulo te praecingis.

Præcinge me Domine Cingulo servitatis, et extingue in sum-  
mis meis fumorem libidinis, ut maneat in me virtus con-  
tinentiae, et castitatis.

Ad manuum Lavationem.

Da Domine virtutem manibus meis, ad abstergendam omne  
maculam, ut sine pollutione mentis et corporis tibi va-  
leam servire. Et cogita, quomodo Pilatus manus

lavando Christi quidem innocentia contestatus sit, in  
qua tu sententia ad mortem damnarit, et Sarrabam mor-  
te dignum liberum dimiserit.

*Ad asperisionem aqua lustralis.*

Per asperisionem sanguinis tui Dñe Jesu (hrē, et per  
virtutem Passionis tuę, lava me ab omni macula, et  
munda me ab omni peccato; In nomine Patris & etc

*Ante, vel ad Horas Canonicas.*

Dñe Jesu in unione illius Intentionis, et amoris, quo  
tu laudes in terra Des Patri persolvisti, has tibi  
Horas vel laudes persolve et offero.

*Ad Reflexionem coram S. Venerabili.*

Dic: Adoramus te (hrē, et benedicimus tibi, quia  
per Crucem tuam redemisti mundum.

*Ad Luminis accensionem*

Accendat Deus in nobis ignem sui amoris, et flammam  
aeternae Caritatis.

*Ad Luminis extinctionem*

A tenebris aeternis custodiat nos Dominus Omnipotens.  
